Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

sanguineus erat nervus unus. Contigit
autem ut filius eius suffocatus a diabolo fu-
isset qui ⁊ mortuus. Venientes igitur paren-
tes adolescentis. pater scilicet ⁊ mater eius. ⁊ om-
nis populus qui ibi aderant procidit se ad pe-
des beati Marcialis cum lacrimis dicentes
Homo dei adiuva nos. Corpus autem ado-
lescentis procidit ante eum. planctu mag-
no. ⁊ eulatu omnium. Condolens itaque
sese pontifex lacrimis populi. flebat ⁊ ipse
eulatu magno cum discipulis suis. Et cum
ad hoc spectaculum plurimi conveniret
populi. sic beatus Marcialis locutus est. Om-
nes nos tam apostolam quam etiam pagam
deprecemur dominum. ut resuscitare eum
dignetur. Ipse ut ⁊ duo discipuli eius ⁊ pau-
ci apostolam qui ibi aderant dominum exora-
bant. ut eum resuscitari uberet. Sic
quoque beatus Marcialis dominum cepit exora-
re dicens. Deprecor te domine per unicum filium
tuum. ⁊ beatum Petrum quoque missum ad
istam longinquam devenem regionem. ut
resuscites hunc adolescentem. ut isto re-
suscitato multi prime ut te credant. Tunc
cum fiducia tenens manum eius dixit. In no-
mine domini nostri ihu xpi quem iudei crucifi-
xerunt. ⁊ tertia die resurrexit a mortu-
is. surge ⁊ sta sup pedes tuos. ⁊ dic populo
quem vidisti in inferno. Qui statim sur-
rexit atque ad pedes beati viri se procidit.
cepit clamare dicens. Baptiza me homo
dei. ⁊ consignia me signo fidei. per quod salvus
esse valeam. quia nemo alius esse potest sal-
vus nisi fuerit baptizatus. Et adiecit
dicens. Duo angeli ad me venerunt cum mag-
no impetu dicentes. quod precibus beati Marci-
alis suscitatus essem. Infernus nulla hab-
mensura. ubi est fletus ⁊ amaritudo. ubi sunt
tenebre mugitus. ⁊ planctus. ac tristicia
magna. frigus ⁊ ignis magni ⁊ horribi-
lis. nunquam deficiens. morsus serpentum
⁊ fetor intolerabilis. ⁊ putredo atque
miseria. vermis qui non moritur. Ibi sunt
carceres infernales. qui animas quas
rapuunt. diversis flagellis cruciant.
Cumque hec ⁊ his similia diceret. cunctus
populus clamare cepit. Non est alius deus nisi quem
predicat iste homo dei. Baptizati sunt in
eodem castello hominum utriusque sexus tria
milia sexcenti. Multa quoque munera
beato viro obtulerunt. que omnia iussit da-
re pauperibus. Post hec abiit ad similitudi-
nes ydolorum ⁊ confregit omnia sculpturia
simulachrorum ⁊ in nichilum redegit. Deum

omnibus ibi feliciter pacatis. venit cum suis de-
cipulis beatus antistes ad aggerem vicei.
in quo pagani multa sculpturia ydolorum
diaboli errore decepti colebant. In que
ingressus cepit predicare euangelium dicens.
Hemo potest intrare in regnum dei. nisi
renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto in re-
missionem peccatorum. Cumque hec ⁊ his si-
milia predicaret. adiuvientes sacerdotes
ydolorum percutiebant graviter beatum Mar-
cialem. ⁊ eos qui cum ipso erant. Vir autem
dei cum discipulis suis benedicebat dominum.
quia per nomine eius dignus effecti sunt talia pati.
Recordatus est enim sese Marcialis admo-
nitionis beati Petri apostoli. qui dixerat ei.
Si quis te percusserit in dexteram maxillam.
prebe illi ⁊ alteram. ⁊ si te expoliaverit tu-
nica. dimitte ei ⁊ pallium. ⁊ si tibi gladi-
ator occurrerit colla submittas. Cumque
graviter cederent. beatus Marcialis
expansis manibus sic orabat ad dominum.
Tues refugium nostrum domine a tribulatione quem
circumdederunt nos. eripe nos a persequentibus
nos. Confestim itaque hii qui eos percu-
bant ceci facti sunt. trahentesque se ma-
nu ad manum. venerunt ad ydolum mercu-
rii. Et cum secum more illud consulerent.
nullum responsum dedit illis. eo quod ab an-
gelis dei essent religatum igneis catenis.
Euntes autem ad aliud ydolum quod in alio
loco erat dixerunt ei. Dominus noster erat nobis.
unde nec vultis nobis dare responsum. ⁊
ideo venimus ad te. ut indices nobis quid fa-
cere debeamus. Quibus ille respondit. Dominus vi-
sum potest vobis dare responsum. qui ab an-
gelis dei religatus est. Tunc venerunt sacerdo-
tes. qui percutiebant beatum Marcialem ceci fu-
erant facti. procideruntque se ad pedes sancti pe-
nitentiam postulantes. Beatus vero pontifex
restituens eis visum. iussit eos adire stat-
am iovis cum omni populo. ⁊ coram omnibus dixit.
Adiuro te demon unique qui in hac sta-
tua habitas per dominum nostrum ihum xpm. ut ex-
eas de illa ⁊ coram omni populo ea confringas.
Qui iussa perficiens. confregit ea. ⁊ facta est
quasi pulvis. Baptizati sunt in eodem vi-
co in nomine domini hominum utriusque sexus
duo milia sexcenti. audiens hoc mira-
culum paralyticus quidam qui iacebat in
grabato. deferri se fecit ad hominem
dei. Erat enim ex magno genere hominum
⁊ divites multum aurum ⁊ argentum. ⁊ possessi-
onum. Cumque pedes ante sancti Marcialem
funderet. tenens manum eius ⁊ facta oratione